

*Tantum etenim ardoris concepit, se ut proprio igne
 In totum, & facile rite cremare queat.
 Quod postquam pulvis iam factum, e pulvere surget
 Mox cor idem, & dabitur victima rursus heræ.
 Sic quoque sic Phœnix combustus fulgure Solis,
 In formi prodit de cinere altera avis.
 Annorum ille tamen post mille volumina demum
 Tenuia dat caldo membra adolenda foco.
 At ego corde meo decrevi quoq; die, atq;
 Quâq; etiam Dominæ nocte litare Oculis.*

FINIS.

(3)

I A N I
 G R V T E R I

NUMERIVS:

ELEGIARVM

LIBER V.



HEIDELBERGÆ,

MDCLXXVII.

*Tantum etenim ardoris concepit, se vt proprio igne
 In totum, & facilè rite cremare queat.
 Quod postquam puluis iam factum, è puluere surget
 Mox cor idem, & dabitur victima rursus heræ.
 Sic quoque sic Phœnix combustus fulgure Solis,
 In formi prodit de cinere altera auis.
 Annorum ille tamen post mille volumina demum
 Tenuia dat caldo membra adolenda foco.
 Ast ego corde meo decreni quoq; die, atq;
 Quâq; etiam Dominæ nocte litare Oculis.*

FINIS.

(2)

IANI
 GRVTERI

NUMERIVS:

hoc est,

ELEGIARVM

LIBER V.



HEIDELBERGÆ,

 clō. Jo. xxcvii.

2 11 843750

REVERENTIAE. ET. HONORI.
TERGEM. SACR.

ILLVSTRI. AC. MAGNIFICO. HEROI,
HENRICO. RANZOVAE.
HOLSATIAE PROREGI. &c.
NOBILITATIS. AVGVSTO. STEMMATE.
ERVDITIONIS. PERENNI. CLARO. SPLENDORE.
MVLTVRVM LINGVARVM.
EXACTISS. SCIENTIA.
ALIIIS. DENIQ. GENII. INGENII. INNVM.
MERABILIB. DOTIB.
AD MIRACVLVM VSQ.
CVMVLATISS.
IANVS. GRVTERVS
DEVOTISS. NOM. AVCT. EIVS.
NVMERIVM HVNCCE.
LVB. MER. Q.
DICAT. CONSECRAT.

I A N I G R V T E R I
N V M E R I V S :

id est,

E L E G I A R V M L I B E R V .

A D H E N R I C V M R A N Z O V A M

E L E G I A I .

N modo iam frontem Titan redimitus
elenchis
Dissipat hinc stellas, sufficit inde diem.
Quæquæra quæq; agrè siluit per tempora
noctis,

Desubito viridi profilit arbore avis:
Lucis & auctori, pennarum præpete iactu,
Gutturis atque hilaro murmure, promit Ave.
Surge, anima, ergo etiam, meliorè que carminis orsu
Illius in laudeis Semonis ire para,
Qui, cœu Sol, tenebras Arctoi, disfacit orbis,
Falciferiq; genit secla secunda senis.
Interea umbrifera præstate silentia Valles.
Molliter & cursus, Trava, quiesce tuos.
Non putidus Bubo non Stryx funesta queratur,
Turbinève ferox obstrepat ira Noti.
Vnde sed assimo devoti exordia cantus?
Quod mihi erit modicum? qui mihi finis erit?

N ii

Nam veluti dubitat maris Urinator Eoi,
 E variis gemmam quam prius ungue legat.
 Hic rubet igni vomo prestans ardore Pyropus:
 Illic Sardonyches candida forma nitet,
 Hic Amethystorum violacea grana reident:
 Illic gramineo rore Smaragde vires:
 Haud aliter laudum numero omnipotente tuarum
 Turbor; Arenorea frustra & adoro foreis,
 O pater, o utriusque orbis Ranova voluptas,
 O decus, o gemini Delicia una poli.
 Nam quanquam illustris doteris sanguinis ortu,
 Et stet imaginibus fulgida tota domus:
 Non contenta tamen Proavorum stemmate, priscis
 Tantillum aut Titulis gloria nixa tua est.
 Antiquos verum generis transcendis honores
 Iis famamque parvis usque novam atque novam,
 Infanteis tantum excieras, vix dumq; secunda
 A decima penitus bruma erat acta tibi;
 Quum puerum lucos Parnasi attollit in altos
 Triga triplex, peperit quam alma Moneta Jovi.
 Ablutimque artus omneis Pimpleide lymphas,
 Circat odoratam flore repente comam:
 Flore, Hyemis cui nec rabies, nec fulminis ardor,
 Trux nec arbelanti Seirius ore nocet.
 Mox, myrti cinelam strophius, squallentem & ab aura
 In manibus ponit Calliopea chelym.
 Tu canis: assurgit lasuri nemus omne canenti:
 Remigio immo: o penderi & aere avis.
 Monteq; deproperant aurita bivertice Saxa,
 Aoni: ac re sono unda fragore tonat.

Ipsa 1/2

Ipsaq; cum latebris accurrunt secla ferarum,
 Ipsaq; cum ventis sidera prona tacent.
 Taliter in silvis OEagri filius Orpheus,
 Taliter ad mensam cantat Apollo patris.
 At tibi ubi calidus circum prae cordia sanguis,
 Crevit, & ostendit flora iuventa virum,
 Impete transgredere vivace Amathusidos orbem,
 Et Sophiae almae adytum nobile privus inis.
 Occurrit venienti hilaro ore quadriga Dearum
 Quam fera Pandorae pixis abegit humo.
 Prima, manum hanc gladio decorata, illamque bilance,
 Dividit equa bonis semper & equa reis.
 Altera, Lynceo solertis acumine mentis,
 Praeterita haud minus atque ipsa futura videt.
 Tertia, purpureo vix interfusa colore,
 Calce Voluptatem, Luxuriamque terit.
 Quarta cavet ne Fors animum opprimat invidia, neve
 Leta eadem illa, inflat cor nimis atque nimis.
 Nec mora, te apprensam manibus, Sapientiam ad ipsam
 Deducunt, qui iam vix bene visus eras:
 Quum de stellanti surgit solio, & tua colla
 Brachiolo pressim nexili utrinque ligat.
 Inq; minens raso tibi vultu, ac pectore miti,
 Componit labijs labra verenda tuis.
 Et subito ecce, rapit delubra ad rosida, nullum
 In qua unquam penetrant Divi hominesve pedem.
 Divitia, quae ibi sponte suas, arcanaeque cuncta
 Explicat, & quicquid veste adeo ipsa regit.
 Omnia quae postquam tibi perlustrata, vocatur
 Gloria, quae alatis ocyus obvia equis

o iij

Te recipit gemino, Sophia gaudente lacerto,
 Aëq³ sublimem multicolore locat.
 Intrepidus & flagro & voce ingalibus instans
 Lativium cursu perpete inane secat.
 Illa secat. tumidi submitunt culmina montes,
 Et Zephyri à tergo blanditer aura salit.
 Verticibus nemora exsultant cli-vosa comosis,
 Purius & Phœbi lampas ephēba micat.
 Ante rotas, Hora properant cum matre sorores,
 Nudaq³ Bisgenito Gratia iuncta Deo.
 Explicitisq³ alis tibi more supervolat umbra,
 Turma Cupidinibus mixta iocosa, Chori.
 Desuper inq³ caput iacit ecce rosacea ferta,
 Large, & odoramenti Assyrii omne genus.
 Ponē subit, clangitq³ tuba metnente tacere
 Fama, capax ruta fronde revindeta caput.
 Vox cuius Borea dum habitacula complect, & Austri,
 Hesperidumque ultra it, Memnonidumq³ plagas:
 Turpe tacet Momus, quodq³ in te carpere nil sit,
 Dente repens linguam carpit atroce sibi.
 Ast, quibus effinxit de rara pectora caute
 Deucalion, plaudunt ore sibi atque manu
 Et tua devoti multa prece Numina adorant,
 Nomine tergemino Numina digna colit.
 Felicemque vocant terram, dignaberis in qua
 Solennem tandem constituisse domum.
 Omnia namque illic Divinum collegia penē
 Tangere eritque oculis, tangere eritq³ manu.
 Qualis enim, omne solum quum versicoloribus herbis
 Pingitur, hinc atque hinc germina fugit apes:

Entheum

Entheum & inde liquorem in cerea recta reportans,
 Composito cellam nectare quamque gravat:
 Sic quoque sic adytum cordis tibi amabile, Olympi
 Indigetes variis expoliere foris;
 Jusq³ dedere locum quicquid rari atque decoris
 Thesauris poterant diripuisse suis:
 Et dicere: Satis iam nos tenuere polorum
 Concava templa: heic nunc dehinc habitare iuvet.
 Hæ salve ter magne senex, salve alma Deorum
 Hospes, & orbi omni Numine dexter ades.
 Salve: & hiantē mihi exactis de corde tenebris,
 Pace tua dones posse perennē frui.
 Et quum delectet puerile melisma Tonantem,
 Aether perpes ei quanquam epico axe sonet:
 Sæx etiam mea non ingrata tibi accidat aureis,
 Nana quidem, verum non pietatis inops.
 Si, nisi qui dignè potis est tibi dicere laudeis,
 Nemo Poeta cluit, nemo Poeta cluit.

AD ANDREAM DVEDITIVM.
 ELEGIA. II.

Sic quoque sic expers manet angminis Oceanum aquor
 Suscipiat quamvis, nubium & amnium aquas.
 Nam tua quæ posset laus crescere, Duditi, Atlantis
 Littora que transit Ethiopumq³ casus?
 Quæq³ hominum spernax præconiij, ovantibus alis
 Stellimicans solium scandit ad usque Iovis?
 Patrimaq³ sinu gestata viraginis, in se
 Lumina convertit omnium amica Deum?

O decus, ô nostri spes admirabilis avi!
 O Naturæ iterum floridioris opus!
 Nulla tibi equalem tulit ædî temporis etas,
 Aequalém ve tibi postuma secla ferent.
 Nam seu dispicere est Geny ardua dona potentis,
 Sive ea quæ Cæli largior aula dedit,
 Sive ea, quæ malè cæca aliis, oculata sed uni
 Sors tibi munificè prompsit utraq; manu,
 Æmulus es Solem candentibus astra fugantem
 Cuncta rotis, Indo quum salit equore eques.
 Hocque negare potens nequit ora Alemannica, & ora
 Sequana multo, ido quam quatit unda pede.
 Quæ quanquam genere illustria corda virorum,
 Atque etiamnum hodie illustria corda genant,
 Haud tam en in minimis tecum audent cernere, abundè
 Pace tua satis est posse perennè frui.
 Pace itidem frustra quæ plebs tunicata beari,
 Et dat a cuicumque est pro sole vita, velint.
 Hocq; negare sagax nequit urbs Pandionis, urbsq;
 Mœnia fraternâ cui maduere nece.
 Quæ, licet Heroum tulerint decora innumera olim,
 Nobilitata sato, nobilitata toga.
 Non tamen est tibi quum componant, enthea frivola
 Pectore cunctorum muner a qui une foves.
 Quare etiam merito Phœnicem te unigenam orbis
 Indignant, superæ Deliciumq; domus.
 Ac sua vincita usque huc, iam Tuscæ aria templis
 Emigrare ad te Numina sponte fununt:
 Numina, quæ sibi sic ipsis vario ordine plaudunt,
 Ingenuum circant dum tibi utrinque latus,

Illa

Illa ferè ut qui vis acie contingere clara,
 Illa ferè ut possit prèndere quisque manu.
 Fortunate Borysthenidos nimis accola ripa,
 Quotquot & ex Istri siflitis amne sum.
 Vobis fas populorum gaudentem cernere Olympi,
 Falciteri scito non prohibente senis.
 Deditis vobis fas, inquam, cernere frontis
 Diuum ebur, eloquij & melle frequente lini:
 Melle, cui Pylia Nectea adorea lingua
 Cedat, & Eliade flexanimi oris epos,
 Melle, ita quo vestri edulcatur frigidis aer
 Barbaria tenebris nullus, ut exset honos.
 Nulla h; se obiciat oculis glaucoma, nec usquam
 Rusticitas animis templa profana locet:
 Sed piasimè incipiant Saturnia secula oriri,
 Virtutumque vigerè, artium & omne genus.
 Ergo etiam miris quesitos sumite fastus,
 Nec pudeat, capita ipsi æmula ferre polo.
 Namque diem tueor surgentem Tethyos undis
 Ad loca quo gressu vestra volante ruent:
 Quiq; Hyperionij torrentur biante quadriga,
 Quiq; rigent Hyemis deteriore gelu;
 Quiq; rosus redimitum Auro: e verticem adorant,
 Quiq; Pyrenai devia montis habent:
 Supplicibusq; solum late gennibus venerati,
 Semonis illius tritum aliquando pede,
 Haud poterunt lassari, hinc figendo oscula honoris
 Liminibus, hospes in quibus uspiam agit.
 Inde croci spoliis felices ac rore marino
 Ornando, per quas postmodo habebit iter,

*Hæ rectè, nam si illecebris modulaminis Orpheus
 Ad se defubito secla ferina lacit:
 Sicq; poeticus smos Delphinas Arion,
 Sicq; iugis ducit saxa revulsa Linus,
 Quem tua non rapiat sapientia Dudit amœnus
 Cœlorum cui flos usque superstes adest?
 Quem non ur anima pellacia florea vocis
 Quam cupiat Peitho, quamq; Thalia sibi?
 Quem non maiestas proceræ angusta figura?
 Et, qui se toto corpore prodit amor?
 O salve ter magne senex, quodq; utile ubique
 Sit generi Iapeti, sit generiq; Jovis,
 Euboici numerum quater exple pulveris auctos
 Tithoniq; Phrygis vive, revive dies.
 Haud arens tamen, aut turpatus tempora canis:
 Sed vegetus, veluti, Sapphica cura Phaon.*

AD IOHANNEM POSTHIUM

ELEGIA. III.

*S*ic est, aut rursus descendit ab æthere Phoebus:
 Aut peperit Phoebum Teutona terra sibi.
 Sed, puto, Apollo iterum cali regione migravit,
 Sedq; lubens, Posthi, vertit in ora tua.
 Ne nega, enix, quo stat mage id ipsum velle negare,
 Hoc mage te prodet Mnemosyna alma cohors.
 Quis, Floræ vocali Aganippidos amne relicto,
 Non modo latum unguem non tuo abire latere,
 Verum, etiam nutu nictuque frequente fatetur
 Te præter Clarium nullum alibi esse Deum.

Quam-

*Quamquam quid Musis opus indicibus, tua quum te
 Arguat ars claris unaq; & una notis?
 Quis te, quis melius modulamina dia laborat,
 Gemmeaque artificii fila ferit digito?
 Quis te quis melius præfenti morbida sanat
 Corpora ope, atque herbas dispicit omne genus?
 Hæ nemo, hæ nemo: medicorum at quicquid ubique,
 Et quicquid melicorum orbe in utroque viget,
 Tantum concedit, Posthi, tibi, sidera quantum
 Lunæ gravidis nocte mera radiis.
 Hocq; utroquoque & ore & corde favente loquuntur,
 In cœlum dum te plausibus usque vehunt.
 Qui licet, invidiæ flagrantes felle, tacerent;
 Non tua, non ideo fama iaceret iners.
 Cernere quum passim sit laudum plena tuarum
 Cuncta sonare solo, cuncta sonare salo.
 En, circum quocunque caput ter amabile torquet,
 Et quo fers temerè cunque aliquando pedes:
 Terra se odorato mox florum germine inaurat,
 Induiturq; nigrum sive capillitium.
 Athera & illustrem Zephyri undique possidet aura,
 Melleaq; è solido lymphæ salit lapide:
 Quæ per iter vario varioque errore voluta
 Tandem abit intonsis tota sub arboribus.
 Interea, volucrum ludit plumosa per umbram
 Gens viridem, atque auræ mulcet orante sono.
 Hæc Philomela & Hirundo, omni meditata hyeme, odas
 Multiplices, verna voce liquefaciunt.
 Non queis Martigenæ regis scelus acre queruntur,
 Sed tibi queis properant verba salutifera*

Illic Cycnorum legio ampla potentibus alis
 Ter strepit, & ridenti obvia progreditur:
 Integratq; palam, mortis posito omne timore
 Amula ter geminis metra Acheloidibus.
 Verum ubi Daphnaeo redimitus tempora ramo,
 Lecta poeti, cis verba ligas modulis:
 Desubito ad plectrum Pano carissima pubes
 Evanescit agitat festa per arva choros.
 Circumstat Dryadum, circumstat Naiadum agmen,
 Circumstat facto multa Napea sinu.
 Utq; facis passam, perfunderis imbre rosarum
 Totus, & Assyrio totus odore mades.
 Verum ubi fert animus artem exercere medendi,
 Et, vel opem agrotis ferre citam miseris,
 Vel deploratos, multum indignante Charonte,
 De stygiis revocare ocyus aggeribus:
 Ire novo tecum letatur Hygea paratū,
 Et Venus & Veneris blanda iuventa comes.
 Quas circum chorus exsultat genialis Amorū,
 Tresq; renudatis poplitibus Charites.
 Antè, probè graditur mentisq; pedumque Lyæi
 Arbitrè, Uranies stirpsq; comosus Hymen.
 Insequitur Lepor, ac incunda Lubentia, firmus
 Et Vigor, atque hilares, gens numerosa, Ioci.
 Parte aliâ lapidem manalem homicida subit Mori
 Cumq; omni Febri crudæ pedisequio.
 Sed quid io Numen propius modo corda fatigat?
 Sed quid io immensum sic super astra levor?
 Hà hà Posthiade parcas Violentius cestrū,
 Jam mihi iam pennas flamma propinqua vorat.

Parce

Parce precor, non illa mea est pellacia lingua,
 Laedibus ut valeam rite vacare tuis:
 Illa mihi sit tantum audacia, prosequi ovantem
 Te faustis reliquo cum populo ominibus,
 Et sic, Musarum accentu praesente, profari:
 Te praeter Phabus non fuit, est, vel erit.

AD HIERONYMVM COMELINVM,
ELEGIA IIII.

Non semper tumide Saturnius imbribus agros
 Verberat, aut Hyemis ira perenne furit.
 Aureus at medio Pyrois saepe aethere fulget,
 Chloris & incincto circuit arva sinu.
 Quasq; modo Fors vultum ibat induta minacens,
 Mox mortale genus lumine dulce rigat.
 Ecce, ego qui dudum, sine spe, sine sanguine, tristi
 Degebam, miser heu, vitam in amaritia:
 Nunc defacato liquidum cor gaudio onustus,
 Tango coronata sidera caesarie.
 Huc puer heu adole de stipite thura Sabæo,
 Pinguiter ac crocinus fac domum honestet odos.
 Quasq; diu obsedit variabili Aranea textu,
 Nunc mihi pulvereæ de trabe deme fideis.
 Vivit io, Comelinus adhuc meus ille, frequenter
 In pretio iam tunc qui meum habebat epos,
 Quum post terna domum natalem lustra reuersus,
 Matribam, patrios flore meroque Larcis.
 Inter & antiqua vir tute fideque sodales,
 Latabar rotos composuisse dies.

Non fartus nimia Saliarem mole saginam,
 Non stomachum crebris uduis amygdalibus:
 Sed salibus sesamo sparsis, ac melle, dat atim
 Dapsiliter certans, carminibusq; no vis:
 Carminibus, quibus Ausonis hinc, inde Attica Peitho
 Ritè docebantur verba Brabantia loqui.
 Ergo meum incolumis columen, Comeline agis? ergo
 Scalptus adhuc fibris persto adamantè tuis?
 Inde nec horribiles me exturbare verè ærumna?
 Non fors? non tempus? non salebrosa via?
 Omihifelices nimium nimiumq; Tabella,
 Istorum per quas facta repente fides.
 Digna adeo actutum, Inuidiâ mussante, recondi
 Scrinio, Homeriaca quo latuere mele,
 Quum, malè devicto tota cum gente Dario,
 Sceptra orbis Macedo pressit ovante pede.
 Vos vos ipse legam, quoties ingulare dolorem,
 Et mala cuncta volam, tradere turbinibus.
 Vosq; legam, quoties aderit lux festa, sodales
 Stipabuntq; mibi plurimi utrinque latus.
 Accentuq; hilaro Comelini ad sidera nomen
 Non intermissâ voce iubebo ferant.
 Onomen ter amabile in ore meo aureq; : pra quo
 Nec pretium argento, nec sit iaspidibus.
 Nomen, cui merito assurgant queis Rhenus & Ister.
 Quèisq; Tagus bibitur, quèis bibiturq; Padus.
 Auguror: assurgent, nam cui dignè mage, haberi
 Cunctus honos possit, quàm, Comeline, tibi?
 Cui Dea, virginem circumdata Gorgone pectus,
 Ingeniumq; potens, cor sapiensq; dedit.

Cui

Cui labio eloquij vernantia flumina terfi
 Infudit Libyco natus Atlante nepos.
 Cui cit har am Euterpe cessit, Poly hymnia sila;
 Melpomene plectrum, Calliopea modos.
 Cui potioris opes thesauri Graiugenarum,
 Suada tagace manu promisit, & Aegyale.
 Cui germana fides, duplicisq; inimica palati
 Simplicitas, lateris gaudet habere locum.
 Cui fronti decus atque oculis vivacibus afflat
 Cum charitum lepidis trigæ Cupidinibus.
 Cui. Sed ab incanta mea quid novo vulnere dextrâ,
 Dum memini à quantis segregor ipse bonis?
 O si humeris alius nunc apter Dædalus alas,
 Ac tecum numero det simul esse mibi!
 Non tunc maluerim freti Erythræi ignea grana;
 Non auri quicquid scenerat Arrabia.
 Sed, vel ab ore tuo Comeline, diuq; diuq;
 Pendulus, optato pascerer alloquio:
 Vel, tibi iunctus, apud collegia vinnula amictum
 Meroris maculas exigerem amne meri.
 E quibus antistant reliquis, ille inclutus Harpax
 Junius Hebrææ Pallados ac Latia:
 Tuq; redux nuper Britannio ab orbe Melisse;
 Pro Phœbo quem gens Musica iure colat:
 Tuq; Paci, Divæ non segnis mysta, bilancem
 Quæ tenet hinc, gladium quæ tenet inde manû.
 Tuq; artis Tulli doctus Pithopæe, sonorum
 Promptus & insigni tangerè pollice ebur.
 Vota quidem hæc mea sunt. Sed quid? vota illa meâ Austri
 Per gelidos iactant flabra Borysthe: id us.

Cari ergo saluete viri, saluete, in honore
 Quos habet ex merito cardo utriusque poli.
 Saluete, absentiq; mihi, ira cruenta Gradiui.
 Quem temere huc illuc, ceu paleam aura, rapit:
 Dicite verba bona, ac locum eos inter date, cana
 Quos nunquam cupitis non deamare fide.
 Nam quamuis ex isto genii ingenique opum egenus,
 Musarumq; haud est fruge fugare famem.
 Quid tum? Marmaricum volup est imitari Elephantum,
 Qui nulla prorsus quum arte natate queat,
 Vitrea Naiadum tamen arua amat unice, humumque
 Perpetim eam vasto corpore fusus habet,
 Mulus ubi saliente latex trepidat pede & uida
 Voce alter canentis esse iubet lapides,
 Tu quoque dulce meum, Comeline, decus, procul a te
 Dum male me serics fati onerosa tenet,
 Vive vale: hacq; mea Schediasmata tenuia Musa,
 Pro magno veteris pignore amoris habe.

 AD HENRICVM RANZOVA M.

ELEGIA V.

Qualiter emeritis freta ubi Tarcessia Titan
 Pressit equis, aer nubéque liber agit:
 Asti orum varia legiones crinibus aureis
 Exercent, Celi per tabulata, choros:
 Inuitantque homines sursum altè attollere vultum,
 Naturaq; pia suspicere inclutum opus.
 Nec tamen e multis si sper usquam millibus vnus,
 Cantantis numerum doctus inire gregis.

Haud

Haud a'iter maiestatis decor à ampla verendè
 Milleg; ab antiquis stemmata virida Avis,
 Ampliter & series virtutum angustà tuarum,
 Doctrinãq; cernis Mercuriale iubar,
 Te reddunt, Rar. Zoua, crbi ac mirabilem utriq;
 Omnium & ora ad sese obstupefacta trahunt.
 Obstupefacta. tua dum tam ingens copia laudis
 Hinc exers finis ingruit, inde modi:
 Eius uti primum nemo ausit querere fontem;
 Vel, deelecta suo flumina fonte, sequi.
 O felix certè quater hæc atque amplius atas,
 In lucem qua te sidere orante tulit,
 Felices & nos qui hoc tempore ducimus aurã,
 Aspice nosq; quibus Numine dexter ades.
 Tu verò Tellus ter felicissima, Semo
 Vaguit in cuius primitus ille sinu.
 Quæ prius exili vix vestibare myrica;
 Horrida tota feris, squallida tota gelu:
 Ubere aristifera segetis nunc messe beata,
 Floribus usque novis, arboribusque veges.
 Jamq; tibi argutis serpens garritibus unda,
 Multicolor am aguli gurgite rorat humum.
 Iamq; tibi alituum tinnitu guttura blando
 Mellifluos iterant per nemora alta modos.
 Parua loquor. latè dominantis adorea Roma,
 Quæq; suum urbs nomen Pallade ab innuba habet,
 Inuidie stimulis agitata palam intabescit
 Instar apricantis, vere tepente, ni vis.
 Stare tuo malletq; loco, quam lumina quondam
 Tot peperisse sagi tot peperisse toga.

b ij

Hæreticæ cunctis nam, quod dare Calica Tempè,
 Et dare quod cunctis Sors generosa potest:
 Quicquid & à multo æser varum seculo, abenis
 Abdita nature cluserat arca feris:
 Omne tuo posuit, Ranzova, in pectore sedem,
 Teq; hominum esse dedit Delicium atque Deum.
 Quare etiam merito semper sapiens Themis, orta
 Dèque cerebroso vertice Athena parris,
 Undique contingi capiuntur lumine claro,
 Corde sibi que tuo constituere domos.
 Quare etiam merito renuit discedere labris
 Et Lepor, & Peitho Græca-Latina tuis:
 Perpetuumque tibi Cytherea quiescit in ulnis,
 Triga pedissequium nec Charitum ulla negat.
 Quare etiam merito prognatus Atlantide Maia,
 Terq; triplex Memori matre creata cohors,
 Observant gressusq; tuos gaudent que loquentis
 Imbibere vsque atque vsque aure famelicâ epos.
 Quare etiam merito princeps Heliconidos umbra
 Utro concedit te sibi e Apollo parem.
 Nuncq; eburata tuo submittit barbita plectro,
 Quis solitus toties mensam hilarare Iovis?
 Nuncq; sonante minax arcu teloq; repentem
 Pythia quo quondam Monstra tulere necem,
 Fugiter absterrit tunicatum vulgus, & atra
 In castris quotquot Barbaria æra merent.
 Quare etiam merito solvi metuentibus alis
 Te Cai præpes Enceladique soror
 Ritò vehit passim, moritur quaq; equore Ibero,
 Quaq; oritur rursus Indico ab orbe Dies,

Quaq;

Quaq; nigra Ethiopia gens Nili flumina, quaq;
 Sarmata manantis de nive potat aquas.
 Dumq; velit: Zephyri ad latus it tibi amicior aura,
 Et fluit e quarvis nube saliva meri.
 Exultant Cali septena volumina large,
 Insolitâq; cient dulcius arte melos.
 Tuncq; magis optarunt se posse inflectere, tuncq;
 Optarunt primum lumina plura sibi,
 Quo maiore foret clarare probe omnia luce,
 Enthæaq; propius ora videre tua.
 At mortale genus, Ventorum immensa secantem
 Te spatia, & specit & plaudit utraque manu.
 Obstiposq; novos veneratum vertice honores,
 Iste, aut, iste est, qui fulvida secia genet.
 Pandoraq; alia perabit paxido fraudcis,
 Rursum & Olympicolus pacificabit heros.
 Ipse quoque ipse, inter Dryades, Faunosq;, decenter
 Dum ferio instabili rura abavit a pede,
 Præstes & ad citharam cano carmine Belgico, amant
 Fluscia quicquid habet, Gallia quicquid habet:
 Te vidi, Ranzova, omneis perfusus & artus
 Letitiâ, ac nuptus fronde virente comam
 Ocyus e Altare erexi de cespite virvo,
 Mox det ubi Arvaticos Scaldis arvarus agros,
 Foerâque candenti iria fudi Cymbia lacte,
 Et totidem fudi Cymbia sæta mero.
 Institui festamq; tuo de Nomine lucem,
 Sponte mihi & cecidit vinnulus ore sonor.
 Ille cadit: pariter respondent undique Valles,
 Atque hilar em ingemunt umbrifera Antra torum.

O ij

Ranzovamque Amnes, Ranzovamque avia reddunt
Littora, Ranzovam Montium & ardua hiant.
Ipsa 3, Ranzovam silvatico vocis Imago
Fortiter Indigetes trudit ad usque Deos.

AD IVSTVM LIPSIVM,

ELEGIA. VI.

L Ipsiflos Charitum, Lipsi sapientia ocelle,
Lipsi cor Suada, Lipsi amor Aonidum,
Qua tibi mens, quum aut Volturios Patrie esse tueris
A clavo, aut taleis pro sale queis anima est?
Quale & habes cor, ubi communis carbasia prora
Se aurâ inferre vides quilibet ad scopulos?
Heracleo tua nunc num imbre uvida frons est?
Et nunc num in risum Democriti omnis abis?
Recte, nam que unquam magis digna fuere cachinno
Secula, vel lacrimis que ingulanda magis?
Hâ nulla, ulterius nec iam est Navi ire, nisi atrox
Debet inhumano ludibrium Borea.
O si nunc aliquis cui stent penetrata cordis
De meliore affabrè effigiata luto,
Prodeat in medium, instanterq; docendo ruinam,
Sint quo obeunda modo singula, monstrat iter!
Vana precor, tantus populi fastusque furor que,
Tantâq; non sanum Principum avarities,
Ut numero male sit damnandus calculo ab omni
Tale aliquod si fors quis velit aggredi opus.
Quim indo, multum incipio multum que timere
His vulgi ad pinguem qui haud sapiunt genium.

T_u

Tu qualis, Lipsi, atque alij, queis Diva in honore
Quâ duce Olympum adiit Amphyrnuonides:
Quisq; Bona faciunt Menti, faciuntque Patrima
Virgini, & exultant Musica per stadia.
Vos enim habent pro illis qui ad rem nullam satis apti,
Terrarum suis pondera inutilia.
Quidnam igitur mirum si, tanquam triste piaculum
Celesteis pro ipsis pacificetis heros.
Masculo at este animo, nam quamvis vos male querat
Trudere de summa puppe sub aquoribus,
Non est terribilis fluctus quod aqua horrescatis,
Incitant ve aliquem squama monstra metum.
Heroas tantos Phœbeia cura moriri
Non volet, Italia nec specula alma Dea:
Verum, hæc vos propria per vitrea marmora concha
Ducet, ad antra suis culta Cupidinibus,
At ille orabit Patrum, ut sinat ordine longo
Delphinas vestrum currere in auxilium.
Tunc ô que astabunt acies hinc inde natantum,
Et plaudent cauda hinc inde voluminibus!
Que tunc ô spargent Ethyos florum agmina Nymphæ
Et qui ô dona dabunt Oceani Indigetes!
Talem olim pompam vix vidit Agenore nata,
Per mare dum vehitur omnipotente bove.
Fare mihi at, Lipsi, Veneris seu te feret alveus,
Sive prems mirus tergora piscis eques,
Quo tua malcebit vox vectorem aurea cantu
Nereidas! acies queis modulaminibus.
Forset an, ut quondam moresq; virosq; Quiritum
Instillasti hominum gnauiter auriculis.

b iij

Sic quoque nunc itidem moresque virosque *Quiritum*
Narrabis pelagi sua viter ordinibus?
O bene. Sed Lipsi, quod principium tibi fandi,
Atque iterum fandi qui tibi finis erit?
Nam Virgo ut dubitat cultum spatiosa per hortum,
Area cui multo quaque colore viret,
Floribus è quibus ungue metat sibi ferta, comarum
Quæis queat angustiam cogere luxuriam:
Sic faciet te inopem variarum copia rerum,
Hærebisq, solum quale habeas terere,
Sed quid si repetas prima usque ab origine lecto
Olim Electorum, quæ tibi scripta libro?
Vt data militibus frumenta è publico & ara
Quæq, æstum excludant tegmina quæq, gelu,
Ut multo incedat Consul lictore, togaque
Tesquorem cretâ fullo adimat nivea.
Ædis ut ad limen ponatur mortuus: & mox
Portetur patrius in rogam imaginibus.
Vt festo vestita die omnis ianua lauru,
Pensilibusq, adopena undique lampadibus,
Ut vilis gradili satietur pane popellus.
Nuptaque in aduerso sedem habeat thalamo.
Plurima ut in Scenam veniant, ludisque peractis
Cunctorum se dent scorta libidinibus,
Quæq, alia atque alia, his nihilo inferiora, per orbem
Fert indefesso Gloria remigio.
Gloria, quæ ipsa suis sibi dum plausum excitat alis,
Coniectos oculos in se hominum omnium habet,
Fallor? an his ita erit gentem oblectare marinam;
Ut iam ubi contingent littora luminibus,


Vna

Vnâ nimes doceant te ita cursu iisse alite, & optent
Gurgitibus mediæ restituare freti?
Sic sane, ergo alacres valido iunctim impete in altum
Te retrahent, ut tibi multa diuq, canas.
Tunc saltem aut cogent seu cymbam stare Diones,
Seu Delphina sub sistere aculeolos.
Et longum immoti pergent te audire docentem,
Vixque sue mentis, vixque anima domini.
Moxq, aliquis Senior, tacito ore ita fabitur, unus
Lesbous vates hæctenus in pretio
Hæc fuerit: verum nunc tantum huic cedito Arion,
Quantum olim reliqui voce tibi atque lyra

AD DANIELEM BVCRETIVM
 ELEGIA VII.

Quid rear hoc? ex quo patri careo at heris hæctus.
Hucq, illucq, vagis sedibus erro feror,
Hanc aliter mihi edit cor curaque moestitiesq,
Undique quam infectas sulphure flamma faces.
Nec potis est animi mens sese tollere humo, adq,
Ire novem caras Phæbo Heliconiades.
Atqui antehac semper vegetusque hilarisq, cluebari
Quum peregrinanti longa voranda via.
Nec potiore unquam Clivus feriebar ab æstro,
Quam coram quum fas multa nova aspicere.
Forfit an hoc Celi facit aliquid inertior aer?
Æris ac genium plebs imitata sui?
Hæc minimè. ipsa etenim (novi) non omnibus omnia
Dividit ex equo dextera dona Iovis.
Id facit, heu, potius, quod præsto hæc copia eorum
Nulla, operam qui dent do quibus ipse sacris:

Continuos cum queis possem consumere soles,
 Partiriq; animi nubila consilia.
 Lucro inhiant cuncti cunctiq; Pecuniam adorant,
 Numinibusq; aliis sunt facere indociles.
 Quod nisi te mihi, Bucreti, Divum ordo dedisset,
 Bucreti ô Veneris effigiate manu:
 Bucreti ô gelidis cui soli his unice in oris
 Antiqui mores in pretio atque viri:
 Lata Gruteriada patuisset ianua Diris,
 Hauriret que nigram iam Phlegethontis aquam.
 Ergo etiam acceptum refero meritôq; lubensq;
 Videntur in numero quod datur esse, tibi.
 Quod mihi si adiunctus tecum foret unus & alter,
 Non tantum fruerer munere lucis ego:
 Verum iterum aunderem furis correptus amoenis
 Currere Parnasi stertere culminibus.
 Hacq; animâ exutus vili, caperem alteram, ut anguis
 Pelle nova positus luxurians spoliis.
 Vteriusq; globum solis solvime tuate
 Remigio vetus, cingerem honore caput
 Lauri immortalis, altiloquisque affinia Musis
 Verba canens, aureis arbori aqueque darem.
 Manaret quecunque tamen mi oratio ab ore,
 Non posset nunquam non meminisse tui,
 Per quem ungui ereptus Orcino, andrem Eratûs hinc
 Inde Cerebrigenæ limpida adorea hera.
 At dare vix queo nunc male hiulca hac sibila arvena,
 Sibila, que meus in te fabricavit amor,
 Vile quidem fateor, pro vitæ munere, munus:
 Si non, qui, quod habet, dat, darer ille satis.



DE
IANI GRUTERI
PERICVLIS,
IOHANNIS ESTCHII
EPIGRAMMA.

*T*ristia dum patria Grutere pericula luges,
Et queres Patria Belgica abesse patrem.
Pacis in extremis conquirens muner a terris
Inter Apollinei lumina Rostochij:
Corcula bellicrepum late dispersa per orbem
Censes, Pieridum corcula facta manu.
Esto procul vulgus cui sunt sua flumina cura,
Murmura cui faciunt saxaque cordolium.
Parnasi de rupe gravis qui decidit humor
Murmurat & doctis auribus ille placet.

TYPOGRAPHVS

LECTORI

DAvis veniam, humanis. Lector, si plura operarum errata quam optassemus, repereris. unico enim coque perquam prophanter scripto usi sumus exemplari. Hincque factum, ut quemadmodum lingua, sic calamus scribetis mentem nonnunquam præcurrerit: & nobis in lituris dubiis, propter auctoris absentiam, coniectandum fuerit. Interea moneo, si quid insolentius scriptum inuenias, ne obelo statim transfodias, sed ꝑ potius adhibeas. De industria enim auctor ἀρχαιολόγως propter casuram quædam syllabas ultimas breves, produxit; & aliquoties non elisit. Vale. Hæc intranscursu animadversa indicare volui, ut corrigas.

Pag 18. vers. 15. Præmia v. 30. locuplete 19. v. 2. habet, 33. v. 5. altâ v. 30. querantur p. 39. v. 17. stridet 40. v. 24. foreis. 44. v. 11. totum quæ p. 60. v. 5. grexque L. v. 9. examen 72. v. 9. quæras 74. v. 29. egregiæ 93. v. 1. Amoris 95. v. 19. Certè, 120. v. 20. sed fuit 124. v. 24. profanam 143. v. 5. potestas 147. v. 15. CLVSII. 151. v. 31. cur non mea 161. v. 9. manciparant 176. v. 30. perdit 177. v. 17. Nam 181. v. 9. Ipse 190. v. 13. Sed & alibi reperies Trigemini pro Tergemini & au. linguæ pro lingua & alia quædam: sed pagine numerus non occurrit.